

Bolletí de la Societat Arqueològica Euliana

PALMA.—AGOST DE 1906

SUMARI

I. Reclamacions de les filles den Sanxo de Mallorques contra la confiscació de bens imposada a son pare per feel seguidor de Jaume III, (continuació) per D. E. K. Aguiló.

II. Anales de Mallorca, por D. José Desbrull—1800 à 1833, (continuación) por D. Jaime L. Garau.

RECLAMACIONES DE LES FILLES DEN SANXO DE MALLORQUES

CONTRA LA CONFISCACIÓ DE BENS IMPOSADA A SON PARE
PER FEEL SEGUIDOR DE JAUME III
(CONTINUACIÓ)

xiiiij. kalendas madii anno Domini M.^o CCC^o
xl. v.^o

Hos testes produxit P. Masdela, curator datus per curiam Sclarmunde et Cōstancie filibus dicti nobilis Sancii de Majoricis, qui testes, prestito per eos primitus juramento ad sancta Dei euangelia, dixerunt super capitulis per dictum P. oblatis que secuntur.

Domina Francisca, uxor quondam Petri Cabrit, testes jurata et interrogata super iij.^o iiiij.^o v.^o vij.^o capitulis, super quibus tantum producta fuit in teste per dictum curatorem. Et primo interrogata super iij.^o capitulo et contenta in illo, dixit se nichil aliud scire nisi solum quod audiuit dici pluries a dicto nobili et etiam ab ejus uxore, quod ipsi receperant illud augmentum quod debebatur domina Johannina vxore Ferrarii de Rossilione. Interrogata de loco, dixit quod audiuit dici quod in Rossilione receperunt dictum augmentum. Interrogata a quibus personis illud recepit, dixit quod ab Anthonio Nigri vel

a Jacobo Nigri, de eorum nomine tamen non recordatur quin vocetur Jacobus seu Anthonus. Interrogata de quantitate dicti augmenti, dixit quod videtur sibi quod essent ducente quinquaginta libre, tamen firmiter dixit se non recordari de quantitate. Interrogata de tempore, dixit quod quando dictus nobilis venit de Rossilione cum ejus vxore audiuit dici ab eis, set postquam domina Saura mortua fuit vel obiit non curauit de talibus. Interrogata si ipsi proprie receperunt dictum augmentum vel aliqua alia persona illud recepit nomine ipsorum, dixit se nescire, nisi solum quod audiuit dici ab eis quod tenebant se pro paccatis de dicto augmento. Interrogata de loco, dixit se nescire si illud receperunt intus villam Perpinianum vel alibi. Interrogata per quam personam fuit eis traditum dictum augmentum, dixit se nescire si fuit eis traditum per dictos Anthonium vel Jacobum, vel per aliquem nuncium ipsorum. Interrogata si pecunia illa ex auro vel ex argento vel si erat minuta, dixit se nichil scire, nec etiam super ipso capitulo, quam superius dictum est.

Super quarto capitulo interrogata et contenta in eo, dixit fore verum omnia illa que in dicto capitulo sunt contenta. Et primo interrogata de forma cupe in predicto capitulo contente seu etiam expresate, dixit quod erat alta et cum pede et etiam cum coopertorio. Interrogata si dicta cupa erat deaurata, dixit quod sic, videlicet intus ac desuper. Interrogata de forma pedis dictae cupe, dixit quod erat ut sibi videtur cum puntis. Interrogata si aliquid erat in canono dictae cupe, dixit quod sic, videlicet ad modum nudi, quadam res facta ex argento. Interrogata si aliquid possitum erat desuper in

medio coopertorii, dixit quod sic, videlicet quoddam pomum ad modum foliarum. Interrogata si in dicto pomo erat aliquis esmalt vel etiam erat aliquis lapis, dixit se non recordari omnino. Interrogata de pondere dictae cupe, dixit se nichil scire. Interrogata si erat positus aliquis esmalt intus dictam cupam, dixit non recordari. Interrogata si erat aliquo opus in illa preter deauraturam, videlicet si erant in illa aliqui esmalts vel aliquod aliud opus, dixit se firmiter non recordari. Interrogata per quam personam fuit sibi tradita dicta cupa, dixit quod domina Constantia tunc regina missit illam dictae domine Saure. Interrogata per quam personam illam missit, dixit quod per Petrum Garçes, de domo dicte domine Constantie.

Interrogata de cisis in dicto capitulo contentis, videlicet de numero illorum, dixit fore verum quod erant sex. Interrogata si omnes erant deaurati, dixit quod sic. Interrogata si intus et foris, dixit non penitus recordari de omnibus, set quod aliqui ex ipsis erant deaurati intus et foris. Interrogata si dicti cisi habebant esmalts omnes, dixit fore verum quod in aliquibus erant esmalts. Interrogata si in dictis esmalts erant aliqua signa, dixit se non recordari, set est verum quod ipsa testis dedit dictae domine Saure vnum ex illis qui erat embutit intus et foris. Interrogata de signo in dicto ciso per ipsam dato, dixit se non recordari. Interrogata de pondere aliorum cisorum, dixit illud idem. Interrogata qui dedit illos alias cisos, dixit quod Franciscus Omberti vnum, et en Banyeres alium, et judei Majoricarum alium, de aliis vero dicit se non recordari.

Interrogata de taceis in ipso capitulo contentis, videlicet de numero illarum, dixit quod erant quatuor. Interrogata si erant deaurate, dixit quod non. Interrogata si eran grasalenques vel rotunde, dixit quod grasalenques. Interrogata si erant in illis aliqui smalts, dixit quod sic. Interrogata si in dictis esmalts erant aliqua signa, dixit quod sic, videlicet flor de lir ad signum ipsius testis. Interrogata per quam personam fuerunt date dictae domine Saure taceee predicte, dixit quod per ipsam testem, que illas sibi dedit cum aliquibus aliis jocalibus. Interrogata de pondere dictarum taclearum, dixit se non recordari.

Interrogata de corrigis in dicto capitulo contentis, dixit fore verum quod dictae corrigie fuerunt nouerque dictae domine Saure. Interrogata de pondere dictarum corripiarum ac etiam

de forma illarum et etiam de valore **et quales**, essent, dixit se non recordari.

Interrogata de cloqueariis in ipso capitulo contentis, videlicet de numero illarum, dixit se nescire, set est uerum quod ipsa testes dedit dictae domine Saure vnam duodenam die celebrati matrimonii, et neverqua ipsius dictae domine Saure aliam duo lenam. Interrogata de forma et pondere illarum, dixit se non recordari propter distanciam temporis. Interrogata si dictae domine Saure date fuerunt plura cloquearia quam superius dictum est, dixit quod sic, tamen dixit se non recordari quis sibi dedit illas nec etiam quante fuerunt. Interrogata si dicta cloquearia per ipsam data ac etiam per dictam nouerquam dictae domine Saure habebant aliqua deauratura, dixit quod non nisi solum quod erant alba. Interrogata de pondere illarum, dixit se nescire.

Interrogata de aliis diuersis jocalibus in dicto capitulo contentis, dixit se non bene recordari nisi solum de jocalibus per ipsam datis. Que quidem jocalia continentur in vj. capitulo, que quidem res siue jocalia ipsa testes ea tradidit in scriptis per modum sequentem:

Aquestes robes dauall escriptes doni yo na Francesqua muller que fuij den P. Cabrit, a la dona na Saura muller que fo del noble en Sanxo, les quals eren estades de son aui en P. Cabrit e de sa mare, de la qual romas hereua.

Primerament li doni j. lit de postz.

It. j. banch caxat de lit.

It. j.^a marfagua.

It. ij. matalafs molt bels.

It. j. trauerser.

It. iiiij. perells de lancols de iij. teles, cascuna de vj. palms.

It. ij. vanoes molt beles.

It. j. cobertor de sendat molt bel, uermell.

It. iiiij. coxins obrats de seda.

It. j. cobri banch dattant lit.

It. v. uels primis de seda.

It. j. altre uel ab barres dor.

It. j.^a correga de saustre, la qual fo den P. Cabrit e de sa mare, la qual era daurada.

It. j.^a correga dargent estreta.

It. ij. boses dor e j.^a bosa de seda.

It. ij. aljubes fort beles ab ores de seda.

It. j. cabestre de perles, lo qual ualia lauores entre lo cabestre el cordon, que a mi acorda quem costaren les perles mes de xiiij. liures meyns de les faeduras.

It. iii. safils fort honrats.
 It. j. robic, molt bell.
 It. j. maracde fort bell.
 It. j.^a turquesa molt bela.
 It. j. diaman lo qual preaua en P. Cabrit
xxv. liures.
 It. iiiij. pintes de vori belles.
 It. ij. clenxados de vori bels.
 It. ij. candeleres pintades molt beles.
 It. j.^a caxeta pintada ab anels daurats.
 It. ij. draps cobri pertxes sarahineschs.
 It. j.^a caixa gran de noguer.
 It. j. arquibanch gran de iij. caxes.
 It. ij. sauenes serrahinesques ab ores de seda.
 It. iiiij. toualles grans de taula, ij. franceses,
e ij. cathalanesques.
 It. xv. touallons grans e pochs.
 It. iiiij. toualloles obrades de seda.
 It. j. lauacap obrat de seda.
 It. viij. toualloles blanques.
 It. j.^a camia obrada dor fort riqua.
 Item iiiij. camies obrades de seda.
 Item iiiij. camises ab milleresos de veta negra.
 It. ij. camies blanques.
 It. vns patre nostres de lambre fort bels.
 It. iiiij. albaneques obrades dor.
 It. mes ij. coes obrades dor.
 It. hi ha mes moltes altres coses les quals a
 mi no membren sino aquestes que en aquest
 paper son escrites.

Item tradidit michi quandam aliam foliam
 papiri scriptam, in qua quidem continentur ea
 que in v.^o capitulo continentur et expresantur,
 in qua papiri solea scripta erant que secuntur:

Aquestes robes dauall escrites foren den
 Ff. de Rosellon, pare de la dona na Saura, filla
 e hereua sua, la qual fo muller del noble en
 Sanxo.

Item doni yo na Francescha, muler que fuy
 den P. Cabrit, a la dona na Saura, muller que
 fo del noble en Sanxo, axi com a curadora de
 la dita dona Saura, que li trie dels bens de son
 pare.

Primerament ij. cofrens grans.
 It. vna caxa descrits pocha.
 It. vna caxa migensera.
 It. vna altra caxa e ij. lits de posts grans.
 It. ij. perels de lensols.
 It. ij. matalafs de companya.
 It. vn. trauaser e ij. capsals.
 It. vna caxa blanqua ab ondes.
 It. vn cobertort bort.

It. vna estora entorn lit prima.
 It. vna altra estora.
 It. ij. bacins de barber.
 It. iiiij. setres de lauton.
 It. iiiij. coxins blanchs de fluxell.
 It. ij. touales grans e vj. toualons grans.
 It. vnes lurigues de caual.
 It. vn asberch de cauall.
 It. vn capel darmar de ferre.
 It. ij. capels caualereschs de ferre.
 It. molts escuts entorn paret e moltes dal-
 tres coses que a mi no membren.

Interrogationes cuiusque predictarum rerum

Et primo interrogata de lecto quo postes
 erant in illo, dixit se non recordari. Item interro-
 gata de scanno si erat depictus nec ne, dixit
 quod non.—Item de marficha, dixit quod erat
 de canabo de la terra.—Item de matalafis qua-
 les essent, dixit quod de fustani blau e blanch.
 —Interrogata quid erat intus eos, dixit quod de
 matxi.—Interrogata quales botanes habebant,
 dixit se non recordari.—Interrogata de longitu-
 dine et latitudine illorum, dixit quod de ma-
 joribus que fieri sunt assueti communiter.—
 Interrogata de trauerterio, dixit quod erat de
 fluxel, et etiam erat ejusdem coloris pro ut mata-
 lafi.—Interrogata de linteaminibus, dixit quod
 omnes erant randats de ora en ora, et de tribus
 teles quilibet.—Item interrogata de vanouis,
 dixit quod erant dobles dordes, et etiam erant
 pulcherime.—Interrogata si erant de cotonina
 aut de lino, dixit quod altera illarum erat de
 cotonina, altera vero de lino.—Interrogata de
 longitudine et latitudine illarum, dixit se non
 recordari.—Item dixit quod erat quedam alia
 vanoua, quamvis non sit [in]scriptis per ipsam
 traditis, que quidem vanoua facta fuit en Xipre,
 que erat desuper de cotonina, intus vero simi-
 liter.—Interrogata de dicta vanoua, dixit quod
 erat botonada.—Interrogata de longitudine et
 latitudine, dixit se non recordari, nisi solum
 quod erat maxima.—Interrogata de cohoper-
 torio qualis esset, dixit quod erat de sendat
 vermell.—Interrogata de operibus, dixit quod
 erat ab bastes de cap a cap, et etiam quod erat
 in capite illius quoddam opus ad modum rosa-
 rum.—Interrogata de quo panno erat forratum,
 dixit quod de panno lini liuido.—Interrogata
 de longitudine et latitudine illius, dixit se non
 recordari.—Interrogata de pulvinaribus vide-
 licet de opera ipsorum, dixit quod de punta
 Dungria.—Interrogata de colore cirici, dixit

quod de rubeo et etiam nigro.—Interrogata si erant flocati, dixit quod sic, videlicet de sirico rubeo et croceo.—Interrogata de modo flocadure, dixit quod erat facta cum condulis factis ex serico croceo.—Interrogata del cobri-banch, videlicet de longitudine et etiam de latitudine illius, dixit se non recordari.—Interrogata si erat diuersorum colorum, dixit quod sic.—Interrogata de operibus ejusdem, dixit se non recordari.—Interrogata de velis, dixit quod erant de cirico et pulcherrimi.—Interrogata si erat aliquod opus in illis, dixit quod non.—Interrogata de alio velo, dixit quod erat factum cum aliquibus barres dor al traues.—Interrogata de latitudine dictarum barrarum, dixit quod sicut digitum manus, tamen quod in quolibet capite dicti veli magis late.—Interrogata de pondere, dixit se nescire.—Interrogata de corrigia qualis esset, dixit quod erat de sauastre et cum platonibus deauratis.—Intereogata si in aliquo dictorum platonorum erant smalts, dixit se non recordari.—Interrogata de forma platonorum, dixit illud idem.—Interrogata si erat aliquod signum in capitibus dictae corrigie, et etiam si erant esmalts, dixit se non recordari.—Interrogata de longitudine et latitudine dictae corrigie, dixit de longitudine non recordari, de latitudine autem dixit quod erat pus ampla quel dit de la ma.—Interrogata de colore sauastri videlicet si erat viridum aut rubeum, dixit quod de sirico rubeo et ex auro erat textum.—Interrogata de pondere dictae corrigie, dixit se non recordari.—Interrogata de alia corrigia, videlicet de colori cirici, dixit quod erat viridum.—Interrogata de numero platonorum et de forma illorum et etiam de pondere et longitudine, dixit se non recordari.—Interrogata de latitudine, dixit quod erat stricta.—Interrogata de valore eiusdem, dixit se nescire.—Interrogata de marsupiis, dixit quod erant pulcherrima, factaque ex auro mixtim cum sirico.—Interrogata de operibus illorum, dixit se non recordari.—Interrogata si dicta marsupia erant facta in talario, videlicet texendo, vel etiam cum acu illa operando, dixit ut sibi videtur facta erant cum acu n talario.—Interrogata de colore sirici dictorum marsupiorum, dixit se ad plenum non recordari.—Interrogata de forma marsupiorum, dixit quod de forma migensera.—Interrogata si illa erant flocata vel erant facta cum condulis, dixit quod erant flocata.—Interrogata de colore flocadure, dixit quod de colore liuido. —

Interrogata de condulis dicte flocadure, dixit quod erant ex filo auro et etiam argenteo binatum.—Interrogata si erat aliquod signum in illis, dixit quod non.—Interrogata de valore illorum, dixit se nescire.—Interrogata de alio marsupio cuius coloris esset, et etiam de flocadura illius, et de operibus ejusdem, dixit se non recordari.—Interrogata de valore dicti marsupii, dixit se nescire.—Interrogata de aljupis quales essent, dixit quod erant de sirico set tamen nondum erant cise, et habebant ores de ceda, videlicet quod erant alterius coloris quam essent aljupe.—Interrogata de oris, videlicet de colore illarum, dixit se firmiter non recordari, set tamen est verum quod in qualibet illarum erat saltem color rubeus.—Interrogata si in illis aljupis erat aliquid ex auro, dixit quod non.—Interrogata de valore illarum, dixit se nescire.—Interrogata de capistro quo margarite erant in illo, dixit se non recordari.—Interrogata si in illo possita erant folia ex auro, dixit quod sic.—Interrogata si erant in eo aliqui esmalts, dixit quod non, nisi solum margarite et folea ex auro, ut dictum est.—Interrogata de valore dicti capistri, dixit se vere nescire.—Interrogata de lapidibus preciosis, videlicet dels safils, e del robiç, e del maracde, e de la turquesa, et etiam del diamant, videlicet si erant encastats omnes, dixit quod sic.—Interrogata de valore safiliorum, dixit quod bono arbitrio ipsius testis et virtute juramenti predicti, quilibet illorum equipollebat quinquaginta solidos et amplius.—Interrogata de valore dicti robiç, dixit quod equipollebat centum solidos.—Interrogata del maracde, dixit quod equipollebat quinquaginta solidos.—Interrogata de la turquesa, dixit quod bene quadraginta solidos et amplius.—Interrogata de diamante, dixit quod equipollebat bene viginti quinque libras eo quia erat pulcherrimus.—Interrogata de pectinibus, dixit quod omnes fuerunt dati dictae domine Saure dum erat desposata cum dicto nobili.—Interrogata quis sibi dedit illos, dixit se non recordari.—Interrogata de valore illorum, dixit quod inter omnes, equipollebant septuaginta solidos et amplius.

xj kalendas madii.

Domina Blanqua, uxor quondam Bn. de Cardona, testes, jurata et interrogata super iiiij. v. vij. et viij. capitulis, super quibus producta fuit in testem per dictum P. Mas-

dela. Et primo, interrogata super quarto capitulo et contenta in eo, dixit de cupa prout proxima testes jam deposituit de illa, atdito tantum quod dixit quod habebat in cooperitorio dicte cupe aliquos esmalts. Interrogata si in dictis esmalts erant aliqua signa, dixit se non recordari. Interrogata si in pede dicte cupe positi erant esmalts, dixit quod sic prout sibi videtur. Et [de ?] dicta cupa interrogata dixit ut proxima testes deposituit, atdito prout superius. —Item, interrogata de dictis cisis, videlicet de numero illorum, dixit quod erant sex. Interrogata si omnes deaurati, videlicet intus et foris, dixit se non recordari quin essent deaurati foris, tamen dixit quod sic intus. Interrogata si in omnibus erant esmalts, dixit quod sic in aliquibus, de omnibus dixit se penitus non recordari. Interrogata de pondere et valore illorum, dixit se nescire. Interrogata quis dedit dictos cisis dicte domine Saure, dixit quod non bene recordatur.—Interrogata de taceis, videlicet de forma illarum qualis esset, dixit quod aliisque illarum erant grasalenques, aliisque vero rotunde ad modum antiquum. Interrogata quot illarum erant rotunde et quot eran grasalenques, dixit se non recordari. Interrogata si in dictis taceis erant esmalts, dixit se non recordari.—Interrogata si erant deaurate, dixit quod non bene recordatur.—Interrogata de pondere, dixit illud idem. Interrogata quis dedit illas, dixit illud idem. Interrogata de valore illarum, dixit illud idem.—Interrogata de corrigiis in dicto capitulo contentis, videlicet de colore cirici, et longitudine, et latitudine, ac etiam interrogata de numero platonorum, et si in illis erant esmalts corrigiarum, ac etiam de valore earum; dixit non bene recordari de predictis.—Interrogata de cloqueariis, videlicet de numero illarum, dixit quod erant tres duodene prout sibi videatur. Interrogata si erant deaurate, dixit quod non, nisi solum in capite cujusque. Interrogata de pondere et valore earum, dixit se nescire. Interrogata per quam personam predicta missa fuerunt dicte domine Saure, et etiam interrogata de die et de presentia personarum, dixit se non recordari propter prolixitatem temporis.—Interrogata de jocalibus in dicto capitulo contentis, videlicet que essent nec quante, nec etiam cujus valoris, dixit se non recordari, set dixit fore verum quod quamplurima jocalia data fuerunt

dicte domine Saure die celebrati matrimonii, de quibus tamen particulariter et distincte non recordatur, sed tamen quod videre suo in parte erant aliqui anuli. Interrogata per quam personam dicta jocalia sibi fuerunt tradita, dixit se non recordari.

Super v.^o capitulo interrogata, quod quidem capitulum sibi fuit lectum particulariter et distincte, et ipso intellecto dixit omnia in dicto capitulo contenta fore vera. Interrogata de qualitate dictarum rerum prout in dicto capitulo sunt contenta, dixit ad plenum non recordari; dixit tamen quod est verum quod dicta domina Saura remansit heres domini Ferrarri de Rosilione patris sui, fratrisque ipsius testes, quare arbitratur quod omnia quecumque erant in domo patris sui sunt illa que in dicto capitulo sunt contenta, et amplius. Interrogata de valore predictorum, prout in dicto capitulo continentur, dixit se nescire ponere extimationem plene in eis. Interrogata si bona illa que in dicto capitulo sunt contenta fuerunt tradita extimata dicte domine Saure, dixit se nichil scire de eo. Interrogata de tempore quo dicta bona fuerunt sibi tradita, dixit vero nescire diem, set tamen arbitratur post celebrationem matrimonii dicte domine Saure cum dicto nobili, quia domina Cabrida, in posse cuius dicta domina Saura erat, et bona etiam patris dicte domine Saure post mortem patris predicti fuerunt, tradidit illa potius autem meliorata quam deteriorata:

Super vi.^o capitulo interrogata, quod quidem capitulum sibi fuit lectum punctatim de verbo ad verbum, dixit contenta in dicto capitulo ea credere fore vera. Interrogata que jocalia essent illa super hoc quod dixit *ratione plurium jocarium*, et cetera, dixit vere ignorare que jocalia essent, nec etiam cuius valoris. Interrogata super hoc quod in eodem capitulo ponitur ubi legitur *ut pote anulorum* etcetera, dixit fore verum quod erant aliqui anuli in quibus lapides preciosi positi erant, de quorum numero et nominibus lapidum non recordatur. Interrogata de valore illorum, dixit se nescire. Item, interrogata super hoc quod in dicto capitulo expresatur ubi dicitur *ac plurium et diversarum rerum* et cetera, dixit super illis nullatenus aliquid scire ex certa scientia, tamen dixit quod ipsa testes, ut dictum est, credit omnia illa fore vera quamvis ea ignoret.

Super vij.^o et viii.^o capitulis, sibi lectis particulariter et distincte, dixit super ipsis et eorum circumstanciis omnia ignorare.

xj. kalendas madii.

Domina Nicholaua, uxor quondam Francisci de Canyellis, testes jurata et interrogata super iij.^o, v.^o vij.^o viij.^o et viii.^o capitulis, super quibus producta fuit in testem per dictum curatorem. Et primo interrogata super iij.^o capitulo, videlicet de forma cupe et de ejus circumstanciis prout decet, dixit se nichil scire de illa nisi solum quod erat deaurata et cum suo sobrecop. Interrogata si in illa positi erant esmalts dixit quod sic, ut sibi videtur, videlicet in pede et in suo sobrecop. Interrogata si in dictis esmalts erant aliqua signa, dixit se non recordari nec etiam de illa nichil aliud scire.—Interrogata de cisis, videlicet de numero illorum, dixit quod erant sex. Interrogata si erant deaurati, nec etiam in illis erant aliqui esmalts, dixit se non recordari. Interrogata de circumstanciis illorum, dixit illud idem.—Interrogata de taceis in dicto capitulo contentis, videlicet de numero illarum, dixit fore vorum quod erant iij.^o Interrogata de circumstanciis omnibus et singulis eis pertinentibus, dixit generaliter non recordari. Interrogata quis dedit dictas taceas dicte domine Saure, et etiam de die et de presentia personarum, dixit se non recordari. Interrogata qualiter scit ipsa quod essent iij.^o tacee, dixit eo quod ipsa vidit. Interrogata de pondere et de valore illarum dixit se nescire.—Interrogata de corrigiis, dixit fore verum quod domina Cabrida, auia dicte domine Saure, dedit eidem domine Saure die celebrati matrimonii inter ipsam et dictum nobilem, duas corrigias argento munitas, altera quarum ut sibi videtur erat de saunastre. Interrogata de numero platonorum et etiam de pondere cuiuslibet earum, ac etiam de valore, longitudine et latitudine, dixit se non recordari generaliter seu specialiter de predictis.—Interrogata de cloqueariis in dicto capitulo contentis, primo videlicet de numero, et etiam de pondere, et quales essent, et quis sibi dedit ea, et generaliter interrogata de omnibus aliis circumstanciis, dixit omnia penitus ignorare et de illis nichil scire.—Interrogata de jocalibus in dicto capitulo contentis, videlicet que jocalia essent

illa et quanta, et cuius forme ac etiam cuius va- loris, vel etiam cuius nature vel especiei, dixit fore verum quod quamplurima jocalia fuerunt data die celebrari matrimonii per diversas personas de quorum nominibus non recordatur, nec etiam de jocalibus generaliter seu specialiter ad plenum propter distanciam temporis.

Super v.^o autem capitulo interrogata et de eis que in dicto capitulo continentur prout sibi lecta fuerunt particulariter et distincte de verbo ad verbum, dixit super ipso capitulo nichil ad plenum scire de eo nisi tantum quod scit quod quamplurima jocalia fuerunt retenta et quamplurimi apparatus domus de bonis Ferraria de Rosilione, patris dicte domine Saure, que quidem bona ut audivit tradita fuerunt dicte domine Saure die celebrati matrimonii. Interrogata per quam personam dicta bona et jocalia tradita fuerunt eidem domine Saure, dixit quod per dominam Cabridam, que retinuit illa de bonis dicti Ferraria de Rosilione post quam decessit, et ea tenuit una cum dicta domina Saura, donec ipsa domina Saura nupsit viro. Interrogata que bona seu jocalia seu etiam apparatus essent illi vel illa, dixit non bene recordari, set tamen ut sibi videtur in parte erant vanoes, linteamina, eufrei, ita videlicet quod de dictis ruptilibus in dicto capitulo contentis ornavit quatuor lectos in domo nobilis Sancii predicti. Interrogata de qualibet per se particulariter, dixit se non recordari. Interrogata quomodo scit ea que deponit, dixit quod in parte vidit aliqua predictorum, de quibus ut dixit particulariter non recordatur, in parte etiam audivit dici, et ita dicebatur vulgariter illo tunc; tandem dixit super ipso capitulo nichil scire quam superius dictum est. Interrogata si omnia illa bona et res que in proxime dictis duobus capitulis particulariter sunt contenta, tradita fuerunt dicte domine Saure vel dicto nobili ejus viro estimata, dixit vere nichil escre si fuerunt tradita estimata nec ne.

Super vij.^o capitulo interrogata et de eis que in dicto capitulo continentur, quod quidem capitulo sibi fuit lectum de verbo ad verbum particulariter et distincte, dixit quod ea que in dicto capitulo continentur credit fore vera in generali. Interrogata que jocalia essent illa, dixit quod quoddam cooptorum pulcherrimum, et aliique vanoes, et aliqua linteamina, et aliquos vels de sirico, et mapas et etiam touellons et touello-

les, et aliqui pulcherrimi anuli, et aliqui lapides anulorum, et quamplurima jocalia. Interrogata de numero cuiuslibet dictarum rerum superius expressatarum, et que essent et quales, dixit generaliter nec etiam specialiter non recordari.— Interrogata de corrigiis et marsupiis in dicto capitulo contentis, dixit illa fore vera ut credit, tamen ignorat quales essent nec etiam cuius valoris. Interrogata si bona illa que in presenti capitulo continentur tradita fuerunt dicte domine Saure aut dicto nobili ejus viro estimata, dixit se ignorare, set tamen quod tunc dicebatur communiter quod bona illa equipollebant ducentis libris et amplius. Interrogata de personis qui dictum premium ponebant in bonis predictis, dixit se non recordari. Interrogata de presentia personarum, videlicet quis erat presens quando dicta jocalia fuerunt tradita dicte domine Saure, dixit se non recordari.

Super viij.^o et viij.^o capitulis interrogata dixit super illis nichil scire, nisi solum super viij.^o et ultimo, super quo dixit cum efficacia credere contenta in illo.

Interrogata si est instructa, docta vel subvenata, aut si precibus, odio vel amore vel amicicia hoc testimonium perhibet, dixit quod non, nisi solum quia est interrogata.

* x.^o kalendas madii anno predicto.

Guillermus de Banyeris, testes, juratus et interrogatus super iij.^o capitulo, super quo productus fuit in testem, quod sibi fuit lectum romanaliter de verbo ad verbum. Et primo fuit interrogatus si dictus nobilis Sancius habuit seu recepit illas ducentas quinquaginta libras que dicebantur perueniri dicte domine Saure pro augmento domine Johanine, uxoris quandam Ferrariae de Rossilione, dixit quod sic. Interrogatus quomodo scit ea que deponit, dixit quod eo quod audivit dici a dicto nobili et a dicta domina Saura quando dictus nobilis venit de Rosilione, qui dixerunt huic testi quod ab Anthonio Nigri receperant dictam pecunie quantitatem in Rosilione, et de inde fecerunt quoddam instrumentum, quod ut dixit tenet Anthonius Nigri. Interrogatus de loco, dixit se nescire. Interrogatus si dictus nobilis recepit illam pecunie quantitatem, aut si alia persona illam habuit pro eo, dixit se nescire nisi solum ut dictum est.

Super iiiij.^o capitulo interrogatus, super quo productus fuit in testem, dixit scire que secuntur. Et primo interrogatus de cupa si erat deaurata, dixit quod sic, videlicet intus et foris. Interrogatus si in illa erant aliqui esmalts, dixit quod sic, unum in medio. Interrogatus si in illo erat aliquid signum dixit se non recordari. Interrogatus si habebat aliquos esmalts in pede nec etiam in cooperiorio, dixit se non recordari. Interrogatus si in medio cooperiorum dicte cupe erat aliquid possitum, dixit quod sic, quoddam pomum. Interrogatus si in dicto pomo erat lapis vel aliqua brescadura vel aliquid esmalt, dixit non recordari, set quando P.^{us} Garces, qui ipsam cupam presentauit dicte domine Saure ex parte domine Regine, fuit dictum inter eos quod erat pulcherrima et equipollebat bene quinquaginta libras vel inde. Interrogatus qui erant illi qui apreciaverant dictam cupam, dixit quod P. de Cardona, et Francischus Omerti et ipse testes, et plures alii de quibus non recordatur. Interrogatus si dicta cupa habebat pedem, dixit quod sic. Interrogatus si erat quadratus pes dicte cupe, dixit quod ab puntes. Interrogatus de pondere, dixit se nichil scire.— Interrogatus de cisis, quot erant, dixit vere non recordari, tamen est verum quod ipse testes dedit dicte domine Saure vnum cism, et Francischus Omerti aliud, et Rector ecclesie Sancte Crucis dedit tamen non bene recordatur si erat cism aut tacea. Interrogatus si erant plures quam superius dictum est, dixit non recordari. Interrogatus de ciso quam iste testes dedit si erat deauratus, dixit quod intus solummodo. Interrogatus si erat aliquis [esmalt], dixit quod sic, vnum ad signum ipsius testis. Interrogatus de pondere, dixit non recordari. Interrogatus de illo quem dedit Francischus Omerti si erat deauratus, dixit quod sic, videlicet intus et foris. Interrogatus si erat aliquis esmalt, dixit quod sic, tamen non recordatur si erat in illo aliquid signum. Interrogatus de pondere, dixit se nescire. Interrogatus de forma pedum dictorum cisorum, dixit quod erant ab puntes. Interrogatus de valore illorum, dixit quod ad plenum non recordatur, tamen quod arbitrio ipsius testis cisis quem ipse dedit equipollebat septem vel acto libras, set de alio dixit quod ut sibi videtur equipollebat plus eo quia erat deauratus intus et extra.— Interrogatus de taceis

tot essent, dixit quod quatuor, quas domina Cabrida mater ipsius testis dedit dicta domine Saure. Interrogatus quales erant, dixit quod grasalenques.—Interrogatus de pondere, dixit se nescire.—Interrogatus de valore, dixit quod arbitrio ipsius testis equipollebant quatuordecim vel sexdecim libras. Interrogatus si erant aliqui esmalts, dixit quod sic, vnum videlicet ad signum domine Cabride, videlicet flor.—Interrogatus de corrigiis in dicto capitulo contensis, dixit de illis nichil scire.—Interrogatus de cloqueariis, dixit fore verum quod fuerunt date eidem domine aliue, tamen non recordatur quis sibi dedit illas nec etiam quante fuerunt. Interrogatus si erant deaurate, dixit quod non, et generaliter dixit de ipsis nichil aliud scire.—Interrogatus de jocalibus, dixit quod ipse credit fore verum quod aliqua jocalia sibi fuerunt data, tamen ipse testes ignorat quales essent nec quante, nec cujus forme vel etiam valoris. Interrogatus in vniuersum quot equipollebant omnia illa que in dicto capitulo sunt contenta, dixit quod arbitrio suo centum libras.

Super v.^o capitulo interrogatus, et primo de anulis, dixit non recordari de illis, set est verum quod erat in illis quidam anulus ex auro in quo posita erat quedam turquesa, que fuerat Ferraria de Rosilione. Interrogatus si dicta domina Saura habuit illum, dixit quod sic. Interrogatus quomodo scit ea que deponit, dixit quod eo quia vidit ipsum deferri in manibus dicti nobilis.—Interrogatus de superlectilibus, dixit fore verum quod aliqua superlectilia et aliqui apparatus fuerunt retenta quando Ferrarius de Rossilione mortuus fuit, que quidem superlectilia tradita fuerunt dicte domine Saure. Interrogatus que superlectilia essent illa, dixit quod vanoes, linteamina, duo cofrei, matalafia, lorigues de caual, et aliqua alia de quibus non bene recordatur. Interrogatus quod erant et quales et cujus forme, dixit non recordari; item dixit quod inter cetera tres corrigie numite argento, et duo cifi ex argento, et quadam tacea. Interrogatus de valore corrigiarum, dixit quod arbitrio ipsius testis equipollebant viginti vel viginti duabus libris vel inde. Interrogatus de valore ciforum, dixit quod ejus arbitrio equipollebant decem octo vel viginti libris vel inde. Interrogatus de tacea videlicet de valore, dixit quod septuaginta vel octuaginta solidis vel inde

equipollebat. Interrogatus si bona predicta in dicto capitulo contenta fuerunt tradita extimata, dixit quod non, nisi solum possessiones et aliqua bona mobilia, prout sunt servi, boves, et alia animalia et cups e botes. Interrogatus de valore omnium predictorum prout continetur in proximo dicto capitulo, dixit quod equipollebant arbitrio ipsius testis centum quadraginta libris vel inde.

Super vij.^o capitulo interrogatus prout sibi lectum fuit particulariter et distincte de verbo ad verbum, super quo dixit firmiter credere illa. Interrogatus que jocalia essent illa, dixit non omnino recordari, tamen est verum quod erant quoddam coopertorium de sirico rubeo et quadam vanoa et quadam interula domine pulcherrima, et duo matalafia, et quedam alie res de quibus non recordatur ad plenum. Interrogatus de valore omnium predictorum pro ut in dicto capitulo continentur, dixit virtute juramenti predicti nescire ponere valorem in illis cum contenta in eo ignoret in parte. Interrogatus si fuerunt tradita extimata dicta bona, dixit quod non.

Super viij.^o et viiij.^o capitulis interrogatus, dixit super ipsis nichil aliud scire nisi solum super viij.^o et dixit quod est verum quod plus equipollebant possessiones tempore dicti matrimonii quam hodie valeant. Interrogatus qua de causa, dixit quod melius erant colcte illo tempore quam sint hodie; insuper quod est verum quod dictus nobilis stabilivit alquaream que est in termino de Muntueri ad censem quinquaginta quarteriarum frumenti et de introitu ducentas libras; de quibus quidem quinquaginta quarteriis postea dictus nobilis redemit xlvi. sic quod restant v.^e quarterie, quare dicta alquarea non equipollebant tantum quantum tunc valebat.—Interrogatus si est instructus, doctus vel subornatus, vel testimonium peribet amore vel favore, dixit quod non.

Pridie kalendas madii.

Predictus Guillermus Banyeres fuit interum juramento interrogatus in testem super iij.^o capitulo super quo productus fuit in testem per dictum Petrum Masdela. Et primo interrogatus virtute juramenti predicti si ipse scit quin dictus nobilis receperit augmentum quod dicitur debuisse tempore preterito domine Johannine

uxore quondam Ferrarii Rossilione, dixit fore verum quod ipse testes non vidi solutionem fieri de dicto augmento dicto nobili vel alicui alteri pro eo, tamen audivit dici a dicta domina Saura cum venit de Rossilione, quod dictum augmentum receperant, et hec verba dixit presente dicto nobili Sancio. Interrogatus a quo receperunt dictum augmentum, dixit quod audivit quod a Jacobo Nigri mercatori. Interrogatus que quantitas esset, dixit quod ducente quinquaginta libre. Interrogatus que moneta esset illa, videlicet de quo metallo, dixit se nescire. Interragatus de tempore receptionis dictae monete, dixit se non omnino recordari. Interrogatus si dictus nobilis personaliter illam pecuniam recepit aut dicta domina Saura uxor ejus, vel altera persona privata vel domestica nomine ipsorum, dixit se nescire, nisi solum quod illam receperant et tenebant se pro contentis de dicto augmento ut est dictum.

Dicta die.

Jacobus de Santa Cilia, testes juratus et interrogatus super viij.^o et ultimo capitulo, super quo productus fuit in testem. Et primo interrogatus si illa que in dicto capitulo sunt continent veritatem, dixit quod sic, in quantum videlicet ipse est vicinus in alcharea de Plano ac etiam in hospicio dicti nobilis. Interrogatus qualiter ipse scit ea que deponit, dixit fore verum quod tempore quo Ferrarius de Rosilione vivebat et dominabatur alchaream predictam tenebat in illa sex servos, et nunc non est aliquis in illa; et erant in illa plurima animalia, prout sunt boves, vacce, asini, porchi, asine, et etiam apparatus alquaree, prout bene et legitime interest bone alquaree bonum dominum habenti. Insuper quia dictus Ferrarius de Rosilione faciebat sepe et sepius cultivari dictam alquarea quod hodie cultivetur. Etiam dixit quod postquam dicta alquarea fuit in posse dicti nobilis propter alias ruinas pluviarum sunt in illa aliqui baraches (barrauers?) et aliqualiter est rasa in aliquibus locis. Insuper dixit quod tempore quo dictus Ferrarius tenebat illam in vinea dicta alquarea faciebat continue illam cultivari melius quam hodie fiat. Interrogatus quomodo nec qualiter, dixit quod si forte hodie sit tempus fodendi illam quod apreciantur eam, hoc est quod ponunt precium ad fodiendum illam, et tempore

predicti Ferrarii fiebat aliter, prout decet, et sic de similibus in dicta vinea pertinentibus. Item dixit quod tempore quo ipse Ferrarius dominabatur illam alquaream ipse testes mallet dare quingentas libras de dicta alquarea quam hodie quadringentas. Similia verba vel quasi dixit de hospicio et furno. Interrogatus si dictum testimonium peribet odio, precibus vel amore vel alia amicicia, dixit quod non.

xj. kalendas madii anno Domini predicto.

